

IN HOC CODICE LIBELLI SCI GREGORII NAZANZENI NUMERO X

I Hoc est apollogeticum liber unus.
II De epiphanus siue de natale dni liber unus.
III De luminibus quod est de secundis liber unus.
IIII De pentecoste & de spu sco liber unus.
V In semet ipso de agro reuerso liber unus.
VI De hemia dicta praesente imperatore liber unus.
VII De reconciliatione & unitate monachorum liber unus.
VIII De grandinis uastatione cum pater epi reticeret liber unus.
VIIII De fide & de nicena fide liber unus.
X De arrianis quod non liceat semper & publice de do contendere liber unus.

INCIPIT PRAEFATIO.

Proficiscente mihi ex urbe [illegible] ut tibi absenti quoque aliquid operis inpenderem. Nec nos a consuetis studiis necessitas meae profectionis inhiberet. Petebas ergo gregorium tibi in latinum uerti. uirum per omnia incomparabilem. qui uerbo & operib; clarus splendidissimum lumen scientiae xpi ecclesiae praebuit. Dum ea docuit quae fecit. ne se ipsum condemnauit agendo contraria quam docebat. Iste capadocia domo epo patre matre quoque satis religiosa oriundus fuit. Athenis educatus & eruditus ut patet. nec tamen in conuersatione scolari uel aetatis uel sodalium inlecebris cedens prodidit pudicitiam sed tamquam a do sibi commissum thesaurum ad domum castum reportauit integrum signaculum castitatis. Denique cum philosophiae studiis apud athenas floreret. uidit per soporem sedenti sibi ad leuam dexteramque duas decoras satis [illegible] feminas consedisse. quas ille castitatis instinctu oculo toruiore respiciens. quaenam essent. uel quid sibi uellent percontabatur. At illae tam familiarius & ambitiosius complectentes. uiri ne moleste accipias

Liber Guil: Laud Archiepi Cant: & Cancellarij Vniuersit: Oxon. 1638.

II. *Bodl. Laud.* 276 (315 × 250), s. IX, f. 1r (cf. supr. p. 20).